Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



tabant eum. Et interrogauit eos
Quid inter uos conquiritis. Et res
pondens unus de turba dixit. Ma
gister attuli filium meum ad te
habentem spiritum mutum. Quicq
cum apprehendit allidit eum. et
spumat. et stridet dentibus & aref
cit. Et dixi discipulis tuis ut eice
rent illum et non potuerunt. Qui
respondens eis dixit. O gnatio incre
dula. quam diu apud uos ero. quam
diu uos patiar. afferte illum ad
me. et tulerunt eum. Et cum in
uisset illum statim spiritus conturbauit
eum et elisus iacuit uolutabatur spumans. Et interrogauit patrem eius. Quantum tem
poris est. ex quo hoc accidit ei. At
ille ait. A infancia. Et frequenter
eum in ignem et in aquam mittit
ut eum perderet. Sed si quid po
tes adiuua nos misertus nostri.
Iesus autem ait illi. Si potes cre
dere. omnia possibilia sunt credenti
Et continuo exclamans pater pu
eri cum lacrimis aiebat. Credo do
mine adiuua incredulitatem me
am. Et cum uideret iesus con
currentem turbam. commiratus est
spiritui immundo dicens illi. Sur
de et mute spiritus. Ego tibi pre
cipio exi ab eo. et amplius ne in
troeas in eum. Et clamans & multum discerpens eum exiit ab eo.
Et factus est sicut mortuus ita
ut multi dicerent quia mortuus
est. Iesus autem tenens manum
eius eleuauit illum et surrexit

Et cum introisset in domum dis
cipuli eius secreto interrogabant
eum. Quare nos non potuimus eicere
eum. Et dixit illis. Hoc genus in
nullo potest exire nisi in eum. et
oratione. Et inde profecti preter
grediebant galileam. nec uolebat
quemquam scire. Docebat autem disci
pulos suos et dicebat illis. Quoni
am filius hominis tradetur in manus
hominum et occident eum. & occisus
tertia die resurget. At illi ignorabant
uerbum et timebant eum interro
gare. Et uenerunt capharnaum
Qui cum domi esset interrogabat
eos. Quid in uia tractabatis. At il
li tacebant. Siquidem in uia mu
tuo disputauerant. quis esset illorum
maior. Et residens uocauit duo
decim. & ait illis. Si quis multum
uis esse. erit qui omnium nouis
simus. & omnium minister. Et ac
cipiens puerum statuit eum in
medio eorum. Quem cum complex
esset ait illis. Quisquis unum ex
huiusmodi pueris recepit in nomine
meo me recipit. Et quicumque me
suscepit non me suscipit sed eum
qui me misit. Respondit illi iohan
nes dicens. Magister uidimus
quendam in nomine tuo eicientem
demonia qui non sequitur nos & pro
hibuimus eum. Iesus autem ait. No
lite prohibere eum. Nemo est enim
qui faciat uirtutem in nomine
meo et possit cito male loqui de me.
Qui enim non est aduersum nos. p
nobis est. Quisquis enim potum